

DISSERTATIO  
IURIS FEUDALIS  
DE  
JURISDICTIONE FEUDALI  
JURI FEUDALI  
LONGOBARDICO ET GERMANICO  
NEC NON  
PARTICULARI  
JULIACENSI ET MONTENSI :  
ACCOMODATA  
QUAM  
CUM POSITIONIBUS  
EX JURE FEUDALI  
PRESIDE

A D A M O M A R T I N

ACADEMIÆ HUJATIS DUSSELLANÆ PROFESSORE PUBL. ET ORDIN.  
NEC NON ADVOCATO CANCELLARIAE JULIAC. ET MONTENS.

PUBLICE PROPUGNAT  
CONRADUS ANDREAS JUNGEN LINNICHIIUS

JURIUM AUDITOR

IN AULA ELECTORALIS GYMNASII

DIE 3. APRILIS ANNO MDCCCLXXXIX

AB HORA X. AD XII.

DUSSELDORPII


TYPIS FRANCISCI FRIDERICI STAHL, AULE ET CANCELLARIAE TYPOGRAPHI.

Diiss.  
juri.  
86.



Diss. Jur. 86

Z<sub>Be</sub>



PERILLUSTRI  
EXCELLENTISSIMO DOMINO  
DOMINO  
FRIDERICO JOANNI  
SACRI ROMANI IMPERII  
LIBERO BARONI  
D E R I T Z

CELSISSIMI ORDINIS PALATINI LEONIS EQUITI,  
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI ELECTORIS PALA-  
TINI CAMERARIO, ET CONSILIARIO INTIMO ACTUALI,  
JUDICII AULICI JULIACENSIS ET MONTENSIS PRÆSIDI, AC  
SATRAPÆ IN GLADBACH & GREVENBROICH DUCAT. JUL.  
NEC NON LOCUM - TENENTI CAMERÆ FEUDALIS  
IN GREVENBROICH &c. &c. DOMINO IN SCHEPPEN,  
WITTEN, BYFANG, ETGENDORFF &c. &c.

DOMINO

A C

MECOENATI NOSTRO PERQUAM GRATIOSO.



PERILLUSTRIS  
S. R. I. LIBER BARO  
DOMINE PERQUAM GRATIOSE!

Cum causæ feudales contentiosæ feuda Jul. & Mont., de quibus in præsens potissimum differimus, concernentes in judicio aulico jūliacensi & montensi dijudicentur, hujusque consilii directio EXCELLENTIÆ TUÆ, qua hujus præsidi, sit commissa, dignum judicavimus, ut specimen hoc academicum sub NOMINE TUO in lucem prodeat, TUOque NOMINI sacrum fiat.

Patere igitur, ut tenue hoc tenerrimæ devotionis nostræ monumentum EXCELLENTIÆ TUÆ humillime deponamus, nosque egregiis, queis, ut munificus Meccenas, litteras, litteratosque prosequeris, favoribus recommendemus, pro TUI incolumitate altissimum incessanter implorantes

EXCELLENTIÆ TUÆ

OBSEQUIOSISSIMI  
PRÆSES ET DEFENDENS



DE  
JURISDICTIONE FEUDALI  
JURI FEUDALI  
LONGOBARDICO ET GERMANICO  
NEC NON  
PARTICULARI  
JULIACENSI ET MONTENSI  
ACCOMODATA.

§. I.

*Jurisdictio feudalis voluntaria & contentiosa inter se con- & disconveniunt.*

Sicut Jurisdictio generatim, ita & *feudalis*, prouti inter partes *con-* vel *dissentientes* exerceatur, est vel *voluntaria*, vel *contentiosa*. Illa cum hac quidem in eo convenit, quod exerceatur in *praesentia convassallorum*, sive *parium curiae*. Exemplum hujus suppediat *investitura feudi*, quæ, utpote actus jurisdictionis *feudalis voluntariae*, concedi debet in *praesentia curiae parium* (a) ad minimum *duorum* (b): Nihilominus utraque in eo ab A invi-

(a) *Sive clericus, sive laicus sit dominus, ad probandam novam investituram SEMPER PARES CURIAE sunt necessarii II, F. 32, pr. concordat jus feudale saxon, art. 59. & J. feud. saxon, lat. Cap. 29. §. 10, apud VON SENCKENBERG Corp. jur. feud. Germ. Intuitu domini clericici obstatre quidem videtur textus 1. F. 26, pr. ubi In clericorum feudo pariter accipiuntur PARES ET EXTRANEI: & hoc ideo, quia cum clericici quosdam de feudo investiunt, saepè absconde & sine praesentia suorum confratrum hoc facere student. Ex quo nonnulli inferunt, investituram à clericis coram testibus extraneis perinde ac etiam coram paribus fieri posse, ideoque textus verba: pares & extranei interpretantur dijunctive: Ast videtur potius, hæc verba copulative interpretanda esse, scilicet quod ad investituram à clericis faciendam requirantur pares SIMUL, AC extranei. Enimvero textus ille hanc adjicit rationem: quia clerici saepè absconde & sine praesentia suorum confratrum hoc facere student. Ex quo appetet textum hunc velle praecavere frau-*

invicem differt, quod 1.) illa, quæ dicuntur esse jurisdictionis feudalis voluntariae, quilibet & qualiscunque dominus; contra jurisdictionem contentiam talis duntaxat dominus exercere possit, qui tantæ est dignitatis (c), ut curiam feudalem celebrare possit, & tot haber vasallos, ut sententiam ferre queat (d), ac dein 2.) quod pares curiae ad actus jurisdictionis feudalis voluntariae adhibeantur tanquam testes qualificati & necessarii (e), ita ut investitura illis non praesentibus facta nulla sit (f), nisi 1.) dominus non:

fraudibus aliisque inconvenientiis, quæ in clericorum investitura saepe intercedere solent: huic textus intentioni autem minime satisieret, imo adeo adver- faretur, si necessitas adhibendi pares curiae foret remissa, & testes extranei sufficerent, eoque jus feudale longobardicum illos minus, quam hos suspectos habet; nam idcirco PARES NECESSARIJ sunt in instrumento investituræ, & NON ALII: nequid excogitetur falsitatis in perniciem domini, aliis testibus inductis, corruptis forte pecunia vel odio vel gratia, quæ non sunt suspicanda in paribus. cit. II. F. 58. §. 2. Copulativa hæc textus interpretatio igitur eo magis est præferenda, quo magis per illam textus rationi satisfit, & quo evidentius alias textus ille contradiceret textui II. F. 32. pr. diserte loquenti: SIVE CLERICUS SIVE LAICUS sit dominus, ad probandum novam investituram semper pares sunt necessarii. Verum cum præfata textus ratio in bonis clericorum sæcularibus sive patrimonialibus celset, etiam textus ipse ad hæc nequit extendi, sed ad bona ecclesiastica tantum debet restringi.

(b) II. F. 26. §. 1. II. F. 2. pr. & 58. §. 1.

(c) Secundum ius germanicum enim nemo jurisdictionem sæcularem exercere poterat, nisi illam haberet ab imperatore concessam. J. prov. alem. cap. 96. edit. Berger. ubi: "It sullenb wissen, daß allew dem Gericht, dem weltlichen" sind, dew muß man von ain römischen König empfahen: davon mag nieman "gesprechen, daß ain Gericht sein aigen sey". Siquidem quilibet judec (etiam in causis feudalibus) tenet locum imperatoris. Kaiser-Recht. lib. 3. cap. 13. edit. Senkenberg. Imperator autem non nisi principibus, & comitibus & aliis dominis jurisdictionem sæcularem concedere solebat. J. prov. alem. cap. 102. §. 2. edit. Schilter. Ideoque jure nullus rusticus judec esse potest. J. prov. alem. cap. 73. edit. cit.

(d) J. feud. alem. cap. 60. §. 1. edit Senkenberg.

(e) I. F. 26. pr. & Rubr. II. F. 32.

(f) Nam licet alii intersint testes, investitura minime valeat. II. F. 2. pr. eoque praesentia parium est instar solennitatis, ad actum investituræ à lege requisita, ideo-

non habeat pares (g), aut 2.) hi per longum tempus absint (h), aut 3.) investitura tantum sit renovanda (i), tunc enim & alii testes non-pares exceptis tamen feminis (k) sufficiunt; econtra ad actus jurisdictionis feudalis contentiosæ pares curiae requiruntur tanquam *judices*, & hinc dicuntur constituere *judicium feudale*.

## A 2

## §. II.

ideoque si sine eis facta sit investitura, etiamsi dominus confiteatur factam: quia tamen sine hac solennitate facta est, non valet, etiamsi probari possit per breve testatum. II. F. 32. In hoc tamen à jure fœudali longobardico dissentit ius feudale germanicum definiens: Si dominus vasallum investit absentibus paribus curiæ, non nocet id vasallo, nisi insciante domino, ubi non per alios, nisi per pares suos probanda est investitura. J. feud. alem. cap. 72. §. 3. Secundum hoc igitur pares in actu investituræ non requiruntur solemnitatis, sed tantum probationis gratia, ita ut investitura, domino eam dissentiente per hos possit probare, siquidem testes in causis feudalibus non possunt esse, nisi qui à domino investiti fuerint. J. feud. alem. cap. 44. §. 1. Kaiser-Recht lib. 3. cap. 22. J. feud. saxon. art. 2. J. feud saxon. lat. cap. 2. §. 2. J. feud. Alem. Bavar. cap. 48. cit. edit. Senckenberg.

(g) Quod autem dictum est, ut per pares probetur investitura: intelligendum est de eo domino, qui alios habet vasallos: ceterum sufficient extranei. II. F. 33. pr. I. F. 26. §. 1. II. F. 2. §. 1. II. F. 58. §. 1. Hoc ipsum quoque ius feud. alem. cap. 72. §. 4. Hisce confirmat: si dominus vasallum investit praesentibus aliis, quam paribus curiæ, eosque ita alloquitur: concedo vobis hoc ius, ut vos omnes sitis loco parium meorum, & habeatis ius testimonii ferendi, quando opus fuerit, perperam facit excepto hoc casu: si dominus non habet septem pares, qui feudum ab ipso possident, tunc demum istud recte facere potest.

(h) Pares si tempore investituræ absuarint, etiam extranei sunt recipiendi. I. F. 26. pr. Hoc autem intelligi oportet de absentia non brevis, sed longi temporis, ne alias hic textus contradiceret textui II. F. 33. pr. qui ita habet: Nec dicatur investituram, ubi sine paribus facta est, valere: quoniam tunc temporis aberant pares, quia etiamsi absint, tamen expectandi sunt.

(i) De veteri enim beneficio investituræ, quæ fit à domini successore vel vasallo successore, etiam extranei recipiuntur ad testimonium. II. F. 32.

(k) Cit. II. F. 32.

## §. II.

*Causam feudalem inter SOLOS VASALLOS controversam secundum jus  
feudale longobardicum aequa, ac germanicum dominus in curia  
parium decidit.*

**P**rotout causa feudalis aut inter *dominum* & *vasallum* aut inter *solos vasallos* controvertitur, judicium feudal diversimode constituitur. Etenim *jus* *feudale* *longobardicum* (a) definit, quod si *inter DUOS VASALLOS* *si* *controversia*, *DOMINI* *fit cognitio*, & per eum *controversia* terminetur, adhibitis tamen curiae paribus (b). Alieum ab eo quoque non est *jus* *feudale* *germanicum*, quod similiter causas feudales inter *solos vasallos* *controversas cognitioni* *domini* committrit (c), sed ita tamen, ut eas per *judicium parium*. (d) decidat. (e) *Vasallus* autem, ut *judicio parium* inter-  
esse

(a) *II. F. 55. §. fin.*

(b) *II. F. 15. in f. & II. F. 46.* Hoc tamen intuitu *capitaneorum* (id est *Ducum*, *Marchionum*, & *Comitum* i. *F. 1. pr.*) patitur exceptionem, nam *si contentio fuerit de beneficio inter CAPITANEOS, coram IMPERATORE definiri debet.* Si vera fuerit contentio inter *minores valvassores* & *majores de beneficio in JUDICIO PARIUM* definiatur, vel per *JUDICEM CURTIS* i. *F. 18. pr.* & *II. F. 34. pr.*

(c) *Richtlich Leen-Recht cap. 1. edit. Senkenberg.*

(d) *Kaiser-Recht lib. 3. cap. 13. 16. 17. & 20. §. feud. Bavar. five Extract. eor. quæ in MS. jure prov. bavar. extant. cap. 209. apud von Senkenberg cit.*  
— *Item Richtlich Leen-Recht cap. 15. J. feud. alem. Bavar. cap. 57. §. feud. saxon. lat. cap. 24. §. 28.*

(e) *Ad constituendum judicium parium jus feud. alem. cap. 84. §. 1. requirit, ut dominus ad minimum habeat DUODECIM PARES, quoties de feudo vult cognoscere.* §. 1. *feud. alem. Bavar. cap. 17. & 55.* Nod obstat *jus* *feud. alem. cap. 60. §. 2. ubi: Horum (parium) ad minimum SEPTEM esse debent, quando sententia invenienda est, & ibid. cap. 118. §. 25. ubi: Atque dominus omnes pares interroget, qui presentes sunt, quorum ad minimum SEPTEM esse debent.* Etenim hi textus nihil aliud, indicare videntur, nisi quod inter presentes duodecim pares saltim debeant esse septem, qui sententiam approbant, & pluralitate votorum confirmant, enimvero *Si vasallus domino suo sententiam invenit, quam alter*

esse potuerit, 1.) ad minimum habere debet libram nummorum provincialium, aut dimidium mansi, unde tantum aut plus ad eum reddit (f), nisi domino fidejussorem det aliquem ex conversallis, qui si ipse forte in emendam condemnetur, pro eo istam solvit (g), 2.) Debet praetitisse domino fidelitatis juramentum (h), Necnon 3.) vasalli feudi recti tantum possunt judicare, si lis sit de feudo recto, sicuti & soli vasalli feudi castrensis, si de feudo castrensi quæstio sit (i).

alter non sequitur, hunc alterum jubeat dominus alias inventire sententiam:  $\text{E} \ddot{\text{s}}$   
tunc uter eorum PLURALITATE SUFFRAGIORUM gaudet, ejus sententia prevalet.  
*J. feud. alem. cap. 133. §. I. J. feud. alem. Bavar. cap. 89. J. feud. saxon. 73. J. feud. saxon. lat. cap. 34. §. II.* Richtstich Leen-Recht cap. 9. Quodque talis & non aliis esse possit sensus citatorum textuum cap. 60.  $\text{E} \ddot{\text{s}}$  118. adhuc magis extra dubium ponit *J. us* *feud. alem. cap. 94. §. I.* ubi: quoties aliquid probandum est per tres homines dominus sententiam desuper ROGARE debet SEPTEM pares. Ad minimum vero DUODECIM vasallos suos in judicio cedentes habere debet, qui sententias ferant  $\text{E} \ddot{\text{s}}$  pronuncient. Hoc idem iisdem fere verbis cautum quoque est in jure *feud. alem. bavar. cap. 26.* — Quando autem probandum aliquid est SEPTEM testibus, desuper dominus VIGINTI vasallos suos interrogare debet, quos si non omnes praestit haberet, differat causam ad alium diem,  $\text{E} \ddot{\text{s}}$  adducat plures vasallos, tunc procedit judicium de testimonio septem hominum. *J. feud. alem. cap. 93. §. I. E 2. J. feud. alem. bavar. cap. 25.* — Secundum jus feudale saxonicum vero sex pares sufficiunt ad formandum parium judicium. *J. feud. saxon. art. 69. E Richtstich Leen-Recht cap. 9.* ubi: "Wenn denn der bestimpte Tag kommt, so künft der Herr auf die bescheden Stat "zo Vormittag und bring auf das wenigste sechs seiner Männer und einen "Botten. " Sin testimonium septem testimoniū auscultandum sit, judicium ex viginti & uno parium constitui debet. *J. feud. saxon. art. 13.* ubi: "War "man mit sieben Männern gezägen sal, dar muß man wohl ein un zwanzig Man "umbe den Zug vragen". — Quodsi autem dominus non habeat sufficietes vasallos, cum cognoscere debet de feudo, adire debet dominum, a quo ipse feendum habet, qui ex utriusque vasallis tot congreget, ut sententia pronunciari pos sit. *J. feud. alem. cap. 94. §. 2.*

(f) *J. feud. alem. cap. 90. §. 2. J. feud. alem. Bavar. cap. 22.*

(g) *J. feud. alem. cap. 132. §. 2. J. feud. saxon. art. 73. J. feud. saxon. lat. cap. 34. §. II.*

(h) *J. feud. alem. cap. 7. §. I. J. feud. alem. bavar. cap. 6. J. feud. saxon. art. 3. J. feud. saxon. lat. cap. 4.*

(i) *Vet. Auth. de Benef. cap. 3. §. 3. E 4. J. feud. alem. cap. 143. n. 3. J. feud. saxon. art. 75. J. feud. saxon. lat. cap. 38. §. 6. Richtstich Leen-Recht cap. 4. E 26.*

## S. III.

*Causam feudalem inter DOMINUM ET VASALLUM controversam secundum jus feudale longobardicum curia domini, & secundum jus feudale germanicum dominus per judicem vicarium in curia parium decidit.*

**S**i vero inter DOMINUM ET VASALLUM lis oriatur, per pares curiae à domino sub fidelitatis debito conjuratos (a) terminetur (b), ita tamen, ut secundum jus feudale longobardicum hoc casu dominus neque per se neque per substitutum vices judicis agat, sed cause decisio soli parium curiae iudicio sit relictā (c): econtra secundum jus feudale germanicum hoc casu dominus ipsemet vasallum reum ad iudicium feudale citat (d), & hoc per

(a) Ideoque vasillus, qui fidelitatem domino non iuravit, domino vel vasallo dissidente pro pari non est eligendus. II. F. 16. in fin.

(b) II. F. 55. §. fin.

(c) Quia in cunctis textibus juris feudalis longobardici sat clare dicitur: si inter dominum & vasallum de feudo nascatur quæstio, quod per pares ejus curiae dirimenda sit. II. F. 20. quin de domino vel in propria persona, vel per substitutum iudicium feudale dirigente nulla fiat mentio. cfr. II. F. 16. 39. §. I. & II. F. 46. qui ultimus textus ita habet: est igitur quæstum, an apud CURIAM DOMINI VEL JUDICEM sit hæc quæstio terminanda? & responsum scio, quia AD DOMINUM QUODAMmodo CAUSA SPECTARE VIDETUR, ad quem investitus habebit regressum de evictione, ut CORAM PARIBUS finiatur curia. In casu hujus textus lis erat inter duos vasallos, & dominus tantum propter obligationem alterius praestandi evictionem non videbatur omnino impartialis, ideoque à iudicio feudali excludebatur. Quanto magis igitur ipsum ab eo exclusum esse oportet, si ipsem sit persona principalis litigantium, vel actor vel reus?

(d) Enimvero exerciturus iudicium dominus interroget utrum ex paribus suis, ut duo ex reliquis vel plures id audiant; an uni aut pluribus vasallis jus reddere in causis feudalibus queat, de quibus controversia sit inter se & vasallum. Id quod conceditur. Tunc dominus citari faciet per sententiam parium vasallum statu die ultra XIV. dies in certum pagum aut oppidum &c. I. feud. alem. cap. 116. §. 4. & 5. I. feud. alem. Bavar. cap. 81. Vet. author de benef. cap. 2. §. I. & 2. I. feud. saxon. art. 69. I. feud. saxon. lat. cap. 32. §. 6. Richtstich Leens Recht.

per substitutum vel vicarium vasallo reo minime suspectum dirigit (e), qui quoque sententiam publicat (f), nisi haec esset contra dominum ferenda, quo casu ipse dominus eam pronunciat (g).

## §. IV.

*Recht. cap. 7.* Huc quoque pertinet, quod RUDOLPHO imperatore praesentibus principibus, comitibus, nobilibus, baronibus nec non proceribus regni pro tribunali apud Erphordiam a. 1290. sedente sit per sententiam consensu praeiurum comitum & nobilium approbatum & legitime definitum, quod ipse dominus suum vasallum praesentibus aliis vasallis coram se ad judicium evocare & cognoscere poterit pro vel contra ipsum vasallum prout ipsorum dictaverit praesentis vasallorum. apud cit. von Senkenberg. pag. 800.

(e) *Si dominus contra vasallum suum judicium feudale vult instituere, unum ex paribus suis VICARIUM sibi constituat, qui vasallo non est suspectus. Sin est suspensus, jure eum poterit recusare. Quod si non est inter pares, qui utriusque placet, communi consilio accipiant virum aliquem discretum, qui utriusque judex sit secundum jus.* §. feud. alem. cap. 122. §. 1. & 2. §. feud. alem. Bavar. cap. 87. Siquidem nemo judicium potest simul etiani auctor esse. §. prov. alem. cap. 21. §. 2. Inde etiam est, quod Imperator SIGISMUNDUS in causa feudali, ducatum Bayarriæ inferioris concernente, inter duces Bayarriæ controversa, licet hujus decisio per judicium parium imperii ipsi, qua imperatori fuit relicta, tamen in propria persona judicare noluerit, sed electori moguntino commiserit, ut cum imperii coelectoribus judicium parium efformet, & sententiam ferat. Rationem, cur ipse in hac causa judicare noluit, SIGISMUNDUS in diplomate de a. 1426. quo haec declarat & resp. committit, his exprimit verbis: "dass uns das nicht gebühret, nachdem wir auch meinen, Recht zu demselben Niederlande zu haben, und in unser eigen Sachen nicht Richter sein mögen." apud Cit. von Senkenberg pag. 821.

(f) §. feud. alem. cap. 118. §. 26. §. alem. Bavar. cap. 84. Vet. Auth. de Benef. cap. 2. §. 28. §. feud. saxon. art. 69. §. feud. saxon. lat. cap. 32. §. 20. Richtlich Leen-Recht cap. 10.

(g) §. feud. alem. cit. cap. 118. §. 26. §. feud. alem. Bavar. cap. 84.

## §. IV.

*Feuda provincialia ducatum Juliæ & Montium sunt vel feuda cancellarie (Kanzley-Lehn) vel feuda camerarum feudalium inferiorum (Mannkammer-Lehn).*

Licer ex quo judicia perpetua ordinaria per germaniae terras fuerint ordinata, jurisdictionis feudalibus exercitum aliquam passum fuerit mutationem, siquidem cancellariis feudalibus tunc constitutis exercitum jurisdictionis feudalibus vel *utriusque* tam *voluntariae* quam *contentiose*, vel *tanrum voluntariae* commissum est, causis *contentiose* jurisdictionis judiciis ordinariis relictis, & hac ratione curia parium in desuetudinem abiit: nihilominus intuitu feudorum provincialium ducatum Juliæ & montium adhuc supersunt istius vestigia à vasallis non flocci pendenda, illisque sufficienter assecurata. Antequam hæc exponimus, memorandum est, quod feuda nostra provincialia duplicitis sint generis, scilicet vel feuda cancellarie (Kanzley-Lehn) vel camerarum feudalium inferiorum (Mannkammer-Lehn), quorum illorum possessores secundum modum loquendi à feudis adoptatum vasalli *Schriftsassū*, horum autem possessores *Amtssassū* nuncupare licebit. Feuda cancellarie vocamus illa sive montensia, sive juliacensia, quæ recognoscuntur immediate à Ducibus Juliæ & Montium, eorumve consiliariis, prouti hoc indicat ordinatio nostra feudal is cap. 3. §. 5. ubi: "So auch einige Lehen vorfâmen, die man von Alters bey uns oder unser en verordneten Rathen empfangen hätte, soll der Stadthalter die nicht annehmen, sondern dahin verweisen". Huic pertinent *omnia feuda montensia, & nonnulla tantum juliacensia*. Feuda curiarum feudalium inferiorum vero nominamus illa feuda juliacensia, quæ in curiis feudalibus, per ducatum juliensem tantum ab antiquo constitutis (a), recognoscuntur à locum tenentibus (Statthaltern), qui solent esse satrapæ illius satrapie, in qua feudal is curia jacer. De his feudis loquitur dicta ordinatio nostra feudal is cit. cap. 3. §. 4. in verbis: "die vorhin bey dem Stadthalter pflegen empfangen zu werden, dieselbige sollen auch hinsürter

der

(a) Harum curiarum feudalium juliensem existunt plures, veluti die Mannkammer zu Born, Boslar, Brüggen, Ester, Geilenkirchen, Grevenbroch, Heinsberg, Millen, Münster-Eisel, Randerath, Wassenberg, Willemstein,

(b)

" der Empfangnüss halber bei dem Stadthaltern gelassen werden " (b). Qualis inter utrumque hoc feudorum genus sit differentia, in sequentiibus §. §. suo loco exponimus, hic tantum animadvertisentes, quod ordinatio nostra feudalis, unice pro feudis camerarum feudalium inferiorum lata sit, ceu patet tum ex ejus inscriptione: Lehn's-Ordnung an die Mann-Häuser, tum quoque ex ejus cap. 1. pr. & fin. ubi ita: " Nachdem wir " befinden, daß in gerührten unsern Mann-Häusern vierlei Misbrauch und " Unverstand eingerissen . . . so haben wir mit Vorwissen derselbiger Lehn- " Leuch nachfolgende Ordnung in Schriften stellen, und unseren Stadthals- " tern und Lehnshreibern überantworten lassen ".

(b) Duplicis hujus feudorum provincialium generis recordatur quoque Recessus comitialis in Hambach a. 1596. conclusus & per edictum de 24. Septembr. ejusdem anni in ordinatione nostra provinciali sub rubrica: Zusatz einiger Ordinungen, Befehlchern, Edicten und Recessen pag. 25 & 26 relatum publicatus, necnon transactio inter serenissimum ducem WOLFGANGUM WILHELMUM ab una & status provinciales ab altera partibus 25. Septembr. 1649. inita §. §. in massen dann auch &c. æque ac recessus normalis inter serenissimum Ducem PHILIPPUM WILHELMUM & status provinciales 5. Novembr. 1672. conclusus §. 13. ac denique Edictum justitiae eleuteratorium de 12. Juli 1769. §. 26. Lit. D.

## §. V.

*Describitur officium locum-tenantium & scribarum curiarum feu-  
dalium inferiorum intuitu actuum VOLUNTARIÆ jurisdictionis.*

F

euda haec camerarum inferiorum in actibus tam voluntariæ, quam contentiose jurisdictionis (a) subiecta sunt hisce cameris, quæ ex locum tenente, scriba feudali, & paribus curiæ pro diversitate causarum jam pluribus, jam paucioribus constituantur. Cameris hisce, seu potius locum tenantibus, qui illarum directionem habent, praefata ordinatio

B

no-

(a) Ideoque ordinatio prædicta cap. 6. §. 1. vult, ut in qualibet curia fenal duo habeantur protocollorum libri, in quorum uno actus voluntaria, & in altero actus contentiose jurisdictionis conscribantur, quique ambo libri asserventur in cistâ clausa, de qua locum-tenens unam, scriba feudalis alteram, & duo pares curiæ eum in finem specialiter denominati tertiam possideant clavem.

nostra feudalis (b) tria potissimum commisit objecta, 1.) concessionem investiturarum, 2.) administrationem justitiae in causis feudalibus, & 3.) curam jurium dominio directo inhærentium. Intuitu *investiturae concessionis* ordinatio hæc (c) injungit locum tenentibus & scribis feudalibus, ut inquirant, num investitaram petens sit verus ultimi vasalli hæres feudalis à primo acquirente descendens, quem, si talem inveniant, locum tenens in præsentia *duorum* ad minimum curiæ parium ad jura-mentum fidelitatis admittat, & hoc præstiro secundum *naturam* in-vestituræ (d), scriba feudalis torum hunc *investiturae* actum protocollo feu-dali inscribat, & ad cancellariam feudalem referat, quæ extunc, si in-vestitura facta sit de dynastia, prædio equestri, aut alio feudo majore, aut etiam minore extra satrapiam, in qua curia feudalis existit, ramen-sito, *investiturae* litteras expedit, & curiæ feudali eum in finem trans-mittit, ut hæc illas erga reversalē ab investitu subscriptum copiâ reten-tâ, in originali ad cancellariam feudalem transmittendum, huic extra-dat: De feudis minoribus intra satrapiam, in qua curia feudalis extat, sitis vero neque expediantur *investiturae* litteræ neque acceptentur rever-salia (e). Hæc de primo objecto, utpote actu *voluntariae* jurisdictionis curiis feudalibus inferioribus commisso. De altero, scilicet administra-tione justitiae in causis feudalibus, utpote actu *contentiose* jurisdictionis, agetur in §. seq. Ratione tertii, videlicet curiæ jurium dominio direc-to inhærentium ordinatio nostra feudalis in cap. I. §. I. & 3. per edictum de 28. Junii 1663. (f) & de 7. Julii 1747. specialiter renovato salubri-ter

(b) Cap. 2. ibi: "Der Stadthalter soll von unserentwegen vornemblich in dreyen Stücken . . . Befehl haben 1.) die Belehnung zu thuen, 2.) das Lehnrecht zu besitzen, und 3.) unsere Hochheit und Gerechtigkeit der Lehen zu verwahren ,.

(c) Cap. 3. §. 2. 3. & 4. cfr. quoque edictum de 13. Decembr. 1677. apud VOETZ *observ. feud. obs.* 2.

(d) Si *investitura* sit renovanda, vasallus hanc petens interrogatur quoque super 16 interrogatoris in edicto de 14. augusti 1560 apud cit. VOETZ *obs.* I. n. II. relato præscriptis. per subsequentia edicta de 29. Decembr. 1716. & de 19. Febr. 1766. potestas locum-tenantum in tantum restricta est, ut non nisi prævia relatione ad consilium intimum, hujusque subsecuta approbatione *investiturae* renovationem impertiri queant.

(e) *Ordinat. cit. cap. 6. §. 2. 3. & 4.*

(f) Apud cit. VOETZ *obs.* I. n. 15.

ter disponit: „Der Stadthalter und Lehnsschreiber sollen ... die Anzeich-  
„nuss und Berichtung der Lehen zum wenigstens alle Jahrs einmahl durch-  
„sehen, und was sie nicht wissen bei denen Lehen-Leuthen, und sonst erkün-  
„digen, was Veränderung sich der Lehen halber zugetragen, welche Lehen-  
„Leuth verstorben, und woran die Lehn kommen, ob die auch in gebührli-  
„cher Zeit empfangen, ob sie verändert, verspiessen, übergeben, zu Erbysfacht  
„ausgethan, versetzt oder beschwert, und ob solches vor langen oder kurzen  
„Jahren geschehen, und welcher Gestalt, wer dieselbige Lehengüter oder  
„Spliss inhabe, dergleichen ob sie auch, wie sich gebührt, bedient worden,  
„und von dem allem eine klare Verzeichnung in unsere Güllische Kamzley ein-  
„schicken ... Und wannhe die Sachen klar befunden, oder gemacht wor-  
„den, allen Bericht in ein sonderlich Buch schreiben, auch zu allen fünf  
„Jahren mit Fleiß erkündigen und aufzeichnen, was Veränderung sich mit-  
„ler Zeit in solchen Sachen möchte zugetragen haben“ (g). Præterea in-  
„junctum est locum-teneatibus, ut feudorum alienationes in manus alie-  
„nas, dismembrationes, oppignorationes, aut aggravationes sine serenissi-  
„mi Ducis præscitu & consensu non permittant, sed talia, si animadver-  
„tant, serenissimo referant; porro ut de consolidatione dismembratorum,  
„& liberatione aggravatorum feudorum sint solliciti, ac denique ut de feu-  
„dis quocunque ex capite apertis Serenissimum certiore faciant (h).

(g) Per edictum de 18. Febr. 1777. cameris feudalibus ulterius injunctum est,  
ut in fine cuiuslibet anni indicem investiturarum per annum impertitarum ad  
judicium intimum transmittant.

(h) Ordin. cit. cap. 5. §. penult. edictum de 21. Junii 1555. & 4. Februarii 1632.  
apud VOETZ cit. obs. I. n. 9. & 14.

## §. VI.

*Modus procedendi in actibus CONTENTIOÆ jurisdictionis, sive admi-  
nistrandi justitiam apud cameras feudales inferiores refertur.*

Cum justitiae administratio consistat tum in *cause instructione*, tum in  
*ejus decisione*, illaque ab hac sit diversa, ordinario nostra feudalis justi-  
tiae administrationem causarum feudalium cameris feudalibus inferio-  
ri-



ribus (a) committens illam ab hac distinxit, definiendo, quod sine distinctione, num causa feudalis inter serenissimum dominum directum & vasallum, num inter solos vasallos controversa sit, ad causæ instructionem præter locum-tenentem & scribam feudalem ordinarie quatuor convocentur pares impariales, prudentes, & in viciniâ habitantes (b), ita tamen, ut sicuti locum-tenens partes ab ante interroget, utrum numero parium minore v. g. duorum vel trium sint contentæ, & si ita, plures convocari non debeant (c): sic quoque ad instantiam partium plures, quam quatuor convocari possint (d), verum tamen in causis minoris momenti non ultra octo - & in causis majoris momenti non ultra duodecim (e). Si post causæ conclusionem ad ejus decisionem procedatur, & partes minori parium numero se contentas non declarent, pro causæ gravitate plures convocantur pares, ast tamen in causis minoris momenti non ultra decem. Si autem causa his nimis gravis videatur, ita ut eam decidere non valeant, aut si causa sit majoris momenti, & utraque pars omnes pares requirat, omnes quoque convocentur (f). Verum hæc ita de praxi non amplius observantur, sed uti in causis civilibus, ita quoque in feudalibus causa conclusâ acta transmittuntur referenti, à quo relatio sequit ac sententia concipitur, hæcque vel à locum-tenente, vel à legali referendario subscripta extunc publicatur in camera feudali. Interim minime dubitamus, audendas fore partes, si prætenderent causam per pares juxta præfatum procedendi modum in ordinatione nostra feudali descriptum decidi, eoquod in transactione de a. 1649. §. Hamm. æque ac in recessu normali de a. 1672. §. 13. supra §. IV. lit. b. memoratis Duces nostri serenissimi promiserunt statibus provincialibus: "wollen wir . . . die Mann- und Lehnu-Rämmern wie von alters gewesen, noch fürtershin, sodann die Lehen, welche dahin gehörig, daselbst empfangen, und deren streitige Lehens-Fälle (jedoch

(a) Notari hæc meretur, quod possessores feudorum ad cameram feudalem inferiorem pertinentium, si sint ordinis equestris, in vim observantiae hanc habeant prærogativam, quod etiam propter talia feuda non coram camera feudali inferiore, sed tantum coram curia cancellariae conveniri queant.

(b) Ordin. cit. cap. §. 4.  
Et cap. 23. §. 1.

(d) ibid. cap. 27. §. 3.

(c) ibid. cap. 4. §. 8.

(e) ibid. cap. 4. §. 7.

(f) ibid. loc. cit.

(jedoch daß dabei . . . in allwege die Lehn- und Lands-Ordnungen gebührlieblich observirt werden . . .) allda ausführen, und was dagegen præjudicialeches eingerissen, auf eines oder andern dabei interessirten Angeben, und Ausführung seiner Besigkuff den Rechten und Billigkeit gemäß wieder redressiren und aufheben lassen.

## §. VII.

*Jurisdictio feudalis VOLUNTARIA quond feuda cancellariæ exercetur in consilio intimo.*

**Q**uod attiner feuda cancellariæ, jurisdictio feudal tam *contentiosa*, quam *voluntaria* olim ante edictum justitiae eleuteratorium de 21. Jul. 1769. indistinctim commissa erat consilio nostro intimo, tanquam curia feudal cancellariæ, quæ præter locum tenentem, qui est pro tempore cancellarius, speciale habet directorem feudalem (a). Verum sicuti per præfatum edictum circa justitiae administrationem generatim nonnulla fuerunt immutata, ita & hæc mutatio notabiliter tergit jurisdictionem feudalem in curia feudal cancellariæ exercendam, siquidem ab hoc tempore jurisdictio feudal *contentiosa* demandata est *consilio aulico*, jurisdictione *voluntaria* tantum *consilio intimo* relictæ. Hoc tanquam curia feudal cancellariæ concedit itaque investituras horum feudorum, ast corsensum dismembrandi, oppignorandi, aggravandi, aut alias alienandi impertiri nequit autoritate propria: nam licet supplica pro tali consensu impetrando exhiberi, debeat consilio intimo, hoc tamen illam una cum relatione desuper præstanta referre de-

(a) Hicce director feudal olim ante tempora WOLFGANGI WILHELMII Ducis Jul. & Mont. erat persona in curia feudal cancellariæ minime nota, sed sub hujus regimine primo introducebatur, ideoque vel quia hæc novatio, vel directoris feudal tunc temporis existentis persona, vel ipsummet officium statibus provincialibus displicebat, hi illius abrogationem efflagitarunt à Serenissimo Principe PHILIPPO WILHELMO, ceu patet ex reversali illis ab hoc 3. Novembris 1649. extradito, in quo inter alia habetur: "5to weilen auch bey Weiland unserer geehrten Vorfahrer lichen Andenkens Regierung kein Lehn=director niemals gewesen, sondern von Hochgemelten unseres Herrn Vattern Durchlaucht erst vor etlichen wenigen Jahren neuerlich eingeführt, so wollen wir bey Amtretung unserer zukünftigen Regierung solche Neuerung wieder abschaffen, und es in hoc passu gleichfalls bey dem alten Hörfommen bewenden lassen ..".



debet ad Serenissimum nostrum (b). Præter exercitium jurisdictionis feudalis voluntariae consilio intimo quoque competit facultas *decreta provisoria* in causis feudalibus decernendi, verum tamen non illimitata, sed ad duos hos casus restricta, scilicet si vel 1.) tale sit *periculum in mora*, ut timeatur grave, tam cito non reparabile, damnum, vel 2.) omnino evidens sit, quod neutri parti inde fiat præjudicium: cæteroquin si tantum *dubium* sit, num alterutri partium inde fieri posset præjudicium, consilium intimum *provisorie* nequit cognoscere, sed cognitio desuper relinquenda est judicio aulico, tanquam ordinariæ instantiæ tam in summariissimo, quam in ordinario (c).

## §. VIII.

(b) cit. edict. justit. eleuterat. loc. cit. ubi: "dass so viel diejenige Lehne betrifft, so von Alters her bei unserer Kanzley, und derselben vorgesetzten Stadthalteren oder Kanzlern und Räthen zu empfangen gebühret, deren renovation und investitur auf den begebenden Fall bey gemeltem geheimen Rath gesuchet, desgleichen da ein Lehn-Mann sein Lehn-Guth zum Theil oder ganz verseken, beschwren, austragen, übergeben, oder sonst verändern wollte, des hierzu erforderlichen consensus halber sich dahin wenden, und darauf gedachte geheime Räthe solches mit dazu gehörigen Bericht und Gutachten an uns gelangen lassen sollen.

(c) Hoc dispoluit modernus noster Serenissimus legislator, consilio intimo, ad hujus relationem occasione ordinatiois normalis de 18. Maii 1781. limites causarum Regiminis & justitiae determinantis 22. Junii e. a. præstitam, 1. Septembris, e. a. ita rescribens: "So viel aber hiernächst 2.) die von euch angetragene Klüssagen, und vor oder beybehalt der Erkenntnüssen in Kirchen-Pfaar, und Schul-Häuser-Bau, NB. Belehnung, Handwerks-Sachen, und dergleichen, welche öfters keinen Verzug leiden, sub figura provisorii betrifft, wollen wir zwar gestatten, daß hierin nach Beschaffenheit deren Umständen provisional. Verfügungen mögen vorgekehrt werden. Damit jedoch die termini des provisionalis nicht überschritten, oder unter dem Vorwand des Summariissimi oder interimistici einem Theil Unbilde zugefügt werden, gebieten wir euch ausdrücklich und gnädigst, daß solche nicht anders als wenn die Döth dermaßen dringt, daß ein schwerer so bald nicht ersezlicher Schaden zu befahren, oder ganz offenbar ist, daß keiner Parthei dadurch einiger Nachtheil zufiele: Im widrigen aber, oder wenn es auch nur zweifelhaft ist, ob ein præjudiz darunter laufe, oder zu befahre seyn dbrste, die Erkenntnüss oder Untersuchung der civil Instanz dem Hofrath, welcher in Summariissimo eben so wohl als in ordinario zu sprechen im Stand ist, somit zu Versiedlung aller über die Frage, ob eine Sache ad nudum & simplex provisionale qualificirt seye, entstehen könnennde conflictus und zu Abkürzung aller vergeblichen

Kost

kostspieligen Umwegen, Weitläufigkeiten, Justiz-Verrögerungen, und sonstiger Be-  
 schwerden überlassen werden solle. „ Quod si quis contra hujus rescripti tenorem  
 gravaretur à consilio intimo, gravato aperte est via provocandi ad supremum  
 appellationis judicium, quod medianib[us] revisoriis processibus talem causam à  
 judicio intimo avocat, & ad judicium aulicum transmittit, cui evincit recens  
 exemplum in causa fratrum de GOLTSTEIN contra de KATTERBACH no-  
 tum. ALEXANDRINA DE BECK, cujus primus maritus de GOLTSTEIN & alter  
 de KATTERBACH erant, vasallā prædii nobilis feudalis Beck, ad came-  
 ram feudalem Wassenbergensem pertinentis, 6. Novembr. 1787. mortuā, con-  
 filium intimum ad instantiam fratrum de GOLTSTEIN se tanquam successores  
 feudales sistentium contra vitricum de KATTERBACH prædium Beck in-  
 habitantem duo, unum de 13. & alterum de 20. ejusd. mens. ad cameram  
 feudalem Wassenbergensem transmittebat mandata, vigore quorum hæc 1.) ob  
 deteriorationes feudi ab impetrantibus affertas, sed nondum justificatas, horum  
 periculo omnes feudi fructus domino de Katterbach, qua hæredi mobilari va-  
 fallæ defunctæ, competentes aresto liget, 2.) Mobilia eiusdem in prædio  
 Beck existentia ad locum tertium transferat custodienda, & 3.) Documenta  
 feudalia ab ejusdem propriis separat. De Katterbach mox 4. Decemb. e. a.  
 consilio intimo remonstrabat, ipsum in hac causa esse forum incompetens,  
 quia non tantum secundum prima juris feudalis principia & claram ordinatio-  
 nis nostræ feudalis cap. 4. pr. litteram cause fructus feudi, sequæ ac mobilia  
 allodialia in prædio feudali existentia, nec non separationem documentorum  
 feudalium ab allodialibus concernens sit causa minime feudalis, & mere civi-  
 lis, sed etiam in casu, quo causa hæc foret vere feudalis in vim prefati re-  
 scripti de 1. Septemb. 1781. cognitio desuper pertineret non ad intimum, sed  
 ad aulicum concilium, ideoque repositionem prædictorum duorum mandatorum,  
 & ut impetrantes cum sua prætensa actione ad judicium aulicum tanquam fo-  
 rum ordinarium remitterentur, petebat. At nec unum nec alterum sequebatur,  
 sed 7. Decemb. resolvebatur tantum mandatum cum acclusione prædictæ remon-  
 strationis cameræ feudali Wassenbergensi injungens impartialiæ justitiae admi-  
 nistrationem. De Katterbach hac resolutione non contentus 9. Januarii 1788.  
 petebat eleuterationem, num scilicet competentia consilii intimi per mandatum de 7.  
 Decemb. modo eslet præsupposita, num vero cognitio super competentia consilii  
 intimi, utpote judicis superioris, cameræ feudali Wassenbergensi, utpote judicii infe-  
 riорi, tantum eslet gratiosissime commissa. Verum loco eleuterationis sequens 18.  
 Januarii resolvebatur contra ejusdem advocatum reprehensio, quod scilicet hic andeat  
 dubitare, num supra curia feudal[is] intuitu feudorum ad cameram inferiorem per-  
 tinentium huic instructionem & decisionem cause demandare posset. De Katterbach  
 nunc desperans de spontanea consilii intimi repositione prædictorum mandato-  
 rum provocabat ad supremum appellationis judicium, ubi ex principiis supra  
 adductis incompetentiam consilii intimi deducens petebat, ut medianib[us]  
 revisoriis processibus gravamen suum pro fundato recognosceretur, im-

p-



petrantes fratres ad judicium aulicum remitterentur, & reprehensio advocato suo immerito data cassaretur. Moræ solito supremum appellationis judicium consilium intimum pro actorum transmissione requirebat: ast hoc illi eam denegabat, ejus loco deduceus à provisoris à se latis appellationem locum non habere. Cum eodem hoc tempore in alia causa hæc eadem moveretur quæstio, factum est, quod uterque senatus judicij appellatorii 23. maji e. a. combinaretur, & concluso communi decideret tales provocaciones utique recipiendas esse. Acta consilii intimi itaque ad judicium appellatorium transmittebantur, & hoc mox ad satisfactionem provocantis, ejusque advocati 26. Junii e. a. mediantebus processibus revisoriis gravamen provocantis, consequenter incompetentiæ consilii intimi fundatum invenit, ideoque transmissionem actorum ad consilium aulicum decrevit, ac denique reprehensionem advocato provocantis à consilio intimo immerito datam revocavit & cassavit.

### §. VIII.

*Desribitur modus, quomodo jurisdictione feudalí CONTENTIOSA quoad feuda cancellariae in judicio aulico exerceantur.*

Quoad modum exercendi jurisdictionem feudalem contentiosam intuitu feudorum cancellariae placuit Duci Joanni Wilhelmo & statibus nostris provincialibus in comitiis provincialibus in Hambach a. 1596. congregatis, quod si super investitura, caducitate, successione, natura, & qualitate dictorum feudorum controversia nasceretur vel inter ducem, utpote dominum directum, & vasallum, vel etiam inter solos vasallos, causa per unum aut duos ducis consiliarios non suspectos, vinculo fidelitatis, quo serenissimo duci specialiter sunt devincti, ipsis remisso, usque ad conclusionem instruatur: eâ vero conclusâ quilibet litigantium denominet nonnullos curiae pares, ex quibus alterius quilibet unum, duos, aut ad summum tres eligat, qui numero non plures quam sex, sententiam ferant; si autem vota horum essent paria, hi sibi affluntur alium parem in arbitrum & cum hujus voto decisivo sententiam per majora concludant & aperiant (a). Hunc procedendi modum præfati Dux & status pro-

(a) Cit. edict. de 24. Septembr. 1596. ubi: " Da wegen obgemelster unser Lehn einiger Mißverstand, es were von Empfahrung, Verwürfung, Succession, Natur, Eigens,

provinciales tam sancte servari voluerunt, ut annullatum sit ac cassatum, quidquid volentibus etiam partibus aliâ ac hac viâ in causis feudalibus controversis attentatur aut deciditur (b). Hicce recessus comitialis exposit non tantum in transactione inter ducem WOLFGANGUM WILHELMUM ab una & statibus provincialibus ab altera partibus 25. Septemb. 1649.

C

in-

Eigenschaft dessen, oder aber, da sich einiger Lehen Mann, deren reversalen, daß solche den Lehn-Briefen nicht gleich lautend wären, zu beschweren, oder von vergleichenden Sachen, wie solche vorsallen mögen, zwischen uns und unsern Leuten obgemelten, oder auch NB. unter ihnen selbst vorhanden wäre, oder künftiglich anwachsen mogte, daß wir zur Erörterung solcher Fragen aus unsern Räthen, jedoch mit Quitschaltung ihrer Pflicht, damit dieselbe uns verpat, einen oder zween, so unverdächtig, zu verordnen hätten, vor welchen als besonderlich herzu verordneten Commissarien, wie in andern Sachen ordentlich und formlich in der streitigen Lehn-Sachen zu procediren, und bis zur End-Urtheil oder interlocutoria vim disinitivæ habente ausschließlich auf beyderseiths Kosten wäre zu vollfahren; wann aber in den Sachen geschlossen, und disinitiva oder in dero gleichmäßige interlocutoria, wie obgesetzt, darüber zu eröffnen wäre, daß alsbann vermog der Lehn-Rechten solcher Erkenntniß durch etliche Manne von Lehn beschehen, und durch dieselbe ein endlicher Spruch oder eine negsgemelte interlocutoria geben werden sollen, dergestalt, daß ein Theil dem andern etliche allerseiths unpartheylige Lehn-Leuth zu ernennen, daraus jeder Theil ein, zwey, oder zum höchsten drey, und mehr nicht zu erwählen, welche sechs zum höchsten oder in ringer Zahl, wie wir uns dessen mit unsern Gegentheilen, und NB. die Partheyen unter sich vergleichen, die acta fleißig ersehen, erwegen, und per majora vota sich einer Endurtheil oder oberneuter interlocutori entschließen, und auf bestimpter Zeit vocatis vocandis publiciren; Im Fall aber dieselbe per paria vota sich nicht vergleichen können, alsbann einen andern ebenmäßigen allerseiths unpartheyischen zu der streitigen Sache mit interessirten vatallum zum Obmann zu sich ziehen, und mit dessen Zuthuen folgends den Ausspruch eröffnen".

(b) Ibidem ubi: "Befehlen auch darauf allen und jeden unsern vasallen und Lehnleuthen sich deren in zutragenden Fällen durchaus gemeß zu verhalten mit dem Bescheid, da jemand einen andern Weg als hirin ausgedrücket in streitigen Lehnssachen vornehmen würdt, daß dieselb an sich selbst nichtig und Kraftloß seyn soll, wie wir auch, was gegen dieses unsers Edict vorgenommen möcht werden, annulliren, cassiren, und aufnehmen, ingleichen NB. unsern Räthen, Amtleuten, Befehhabern und Dienern, auch Hoff-Haupt- und Untergerichtern keinen vorgemelten unsern Lehnmännern in obangeregten Lehngebrechen eings Sins de facto zu beschweren, sonder daher die Gebühe zu handhaben".



initā §. Wann aber &c. & in recessu normali inter Ducem PHILIPPUM WILHELMUM & status provinciales §. Novembr. 1672. concluso §. 13. solenniter est confirmatus (c), sed & in saepe dicto edicto justitiae eleuteratorio (d) expressis renovatus verbis, hac tantum addita mutatione, quod causa, sicut ante hoc edictum in consilio intimo, ita nunc in consilio aulico instruatur. Stante igitur dicto hocce recentissimo gratis dices, recessum hunc comitiale ad nostra tempora, ubi vasalli non sunt jurium periti, inapplicabilem esse. Præsertim cum hodie non aliis, ac tempore, quo ille conditus est, scilicet circa finem saeculi XVI. vigentibus juribus, utpote communi longobardico, tunc temporis modo per germaniam recepto, & nostro particulari utimur in decidendis causis feudalibus, neque etiam vasalli tunc temporis magis, quam hodie jurium periti erant. Non ignoramus quoque esse inter nostros heic juris consultos, sive practicos, qui præfatum procedendi modum ad causas feudales inter Serenissimum Duxem, utpote dominum directum & vasallos controversas tantum restringere amant, ideoque ad causas feudales inter solos vasallos controversas extendi non posse prætendunt: ast inspectis claris rum recessus comitialis hambacensis "zwischen uns und unsern Lehn-Leuthen obgemelten, oder auch unter NB. ihnen selbst" tum quoque dicti justitiae eleuteratorii verbis, "zwischen uns als Lehnsherrn und unseren Lehn-Leuthen oder respective unter NB. ihnen selbst" capere nequaquam possumus, quo jure quis, cuius tantum est secundum legem judicare, tale quid audeat adstruere contra tam expressam legis torties confirmatae & renovatae litteram.

## §. IX.

---

(c) In utroque tam transactione, quam recessu normali ita habetur: "wollen wir es halten, wie in der Lands-Ordnung auch diesfalls ausgelassenem edicto, und dem Landtags Abscheid vom Jahr 1596. fürsehen, und demselben gemäß ist ...

(d) Cit. §. 26. lit. D. ubi: "Würde aber in Betreff sothauer Lehen einiger Missverstand, es wäre von Empfangung, Verwirkung, succession, Natur und Eigenschaft derselben, oder daß sich einiger Lehen-Mann der reversalien, ob wären sie den Lehnbriefen nicht gleichlautend, beschwehren, oder sonst vergleichnen Ereignisse zwischen uns, oder respective NB. unter ihnen selbst vorsfallen, derley Irrungen sollen nach Inhalt des im Jahr 1596. zu Hambach aufgerichteten, und im Vergleich de anno 1649. den 25ten Septembris bestätigten Landtags Abscheid auch darauf in gemeltem 1596ten Jahr den 24ten Septembris verklündeten Edicta auf Art und Weis, als darin vorgeschrieben, ausgetragen, jezo ebenmäig beym Hofrath beurtheilet und entschieden werden ..."

## S. IX.

## Continuatio.

Nec juvat in casu causarum feudalium *inter solos vasallos* controversiarum obmovere observantiam præfato procedendi modo contrariam: *Enimvero 1.) Serenissimus noster legislator in edicto justitiae eleuterario de a. 1769.* pro hoc etiam casu hunc procedendi modum itteratim expresse præscribit, perconsequens hoc ipso quamcunque observantiam sspedicto recessui comitiali hambacensi contrariam abrogavit. Ab hoc autem tempore observantia contraria quoque repeti nequit, quia juxta notissima prima juris principia ad introducendam hanc contra legem consensus legislatoris saltem tacitus requiritur, quem consilium nostrum aulicum, de potestate legislativa ne minimum participans, sed partes solius judicis agens, supplere non potuit. Huc igitur pertinet illud JUSTINIANI: *(a) non enim siquid non bene dirimatur hoc & in aliorum judicium uitium extendi oportet, cum NON EXEMPLIS, SED LEGIBUS JUDICANDUM sit.* Adhæc 2.) recessus iste comitialis per edictum justitiae eleuteratorium anno 1769. renovatus annexam habet clausulam annullatoriam & cassatoriæ, ita ut quamvis aliam viam & quenvis alium procedendi modum annulet ac caslet (§. præced. lit. a.): nullus autem jurisconsultus afferere audebit, actus ab ipsa lege expresse annullatos & cassatos intra tempus novendecim annorum sufficere ad legem ipsam clausulâ hac annullatoria & cassatoriâ munitam abrogandam. Præterea 3.) recessus iste comitialis præscribendo præfatum procedendi modum nequidem quid novi introduxit, sed tantum eum in jure feudali communi tam longobardico quam germanico (§. 11.) fundatum expresse recipiendo suum fecit, ceu patet ex his ejus recessus verbis: *"dass alsdann NB vermög der Lehn-Rechten solche Erkenntniss durch etliche Manne von Lehen beschehen sollen."* Hic procedendi modus involvit itaque qualitatem feudorum *naturalem* tam juris communis feudalnis longobardici æque, ac germanici, quam etiam juris

C 2

par-

(a) In l. 13. cod. de sentent. & interlocut. ubi præterea definit: *nemo judex aut arbiter, neque consultationes, quas non rite judicatas esse putaverit, sequendum, & multo magis sententias eminentissimorum præfectorum, vel aliorum procerum, neque si cognitionales sint amplissimæ præfecturae vel alicujus maximi magistratus prolatæ sententiæ: sed omnes judices nostros veritatem, & legum, & justitiae sequentia sancimus,*



particularis juliacensis & montensis (b). In saepedictis transactione de a. 1649. §. Wann aber &c. & recessu normali de a. 1672. §. 13. (c) serenissimi sanete promiserunt statibus provincialibus, quod naturam & qualitatem feudorum provincialium immutare nolint. Serenissimus noster legislator igitur nequidem expressa lege præfatum procedendi modum *unilateraliter* (d) immutare valet. Perconsequens multo minus sustineri potest, quod hic modus novendecim ab hinc annis expressa lege confirmatus & renovatus contraria abrogatus sit observantia. Denique 4.) præfatus procedendi modus commodum vasallorum respicit, uti Dux JOANNES WILHELMUS in cit. edicto de 24. 7bris 1596. hisce fatetur: „dass diß ein gar vortrefflich Werk, so nit allein uns sondern auch unsern Lehen-Leuten then ingemein zum besten reichen thut“. Recessus comitalis hambacensis itaque referri debet inter privilegia, immunitates, documenta, jura statibus provincialibus à serenissimis ducibus juliæ & montium confirmata. In supradictis transactione, & recessu normali duces prænominati promittunt, quod privilegia, immunitates, documenta, & jura à suis antecessoribus quoconque tempore statibus provincialibus concessa ratihabere velint & confirmare, ac quævis contra illa attentata abrogare (e), ita, ut illa sint instar *legis perpetuae fundamentalis IMMUTABILI*

OB-

- (b) Nam feudorum naturalia sunt, quæ ex præscripto legum, & consuetudinum feudalium vel universalium vel particularium regulariter fendo inesse solent.
- (c) In utroque hæc habentur verba: „wollen wir auch . . . sonst naturam & qualitatem feudorum nicht veränderen.“
- (d) Præsertim tum quia 1.) Dux JOANNES WILHELMUS recessum illum *unilateraliter* etiam non composuit, sicut ipse in saepedicto edicto desuper publicato fatetur hisce: „Als haben wir derwegen obangeregte Form und Weg bey neulich zu Hambach gepflogener Landtags Handlung von unsertwegen unsern Gülich- und Bergischen Räthen, Ritterschaft, und Städte Abgeordneten nochmal proponiren lassen, welche nach gehabtem zertigen Uebenken, und fleißiger Berathschlagung sich folgenden Aufrug und Maß gesaffen lassen . . . tum quia 2.) Serenissimus noster qua dominus territorialis recessus comitiales sine statuum provincialium æque, ac 3.) qua dominus directus leges feudales naturam & qualitatem feudorum affilientes sine vasallorum consensu tam parum abrogare, ac cordere potest.“

- (e) Principium transactionis de a. 1649. ita habet: „Ihre Fürstliche Durchleuchtigkeit erbieten sich gnädigst, daß sie Oero Gülich- und Bergische Landstände nach ih-

**OBSERVANTIA sequenda (f).** Ergo & per necessariam consequiam recessus iste hambacensis inter illam legem perpetuam fundamentalem IMMUTABILI **OBSERVANTIA sequendam** referri debet, ideoque nec ullà observantiâ contrariâ, præfertim tali, quæ ultra spatum novendecim annorum excurrere nequit, abrogari poterit. Non sine ratione sufficiente igitur concludimus, quod causæ feudalis etiam *inter solos vasallos* controversæ decisio aliter, ac secundum præfatum procedendi modum facta sit *nulla & irrita*.

Ibblichen exemplē ihrer füßlichen Durchleucht geehrter Vorfahrer Herzogen zu Gūlich- und Berg &c. bey ihren erlangten Privilegiis, Freiheiten, Recht, und Gerechtigkeiten, alten Herkommen und guten Gewohnheiten verbleiben lassen, auch dabey gnädigst schützen und handhaben, und wann ihrer füßlichen Durchleucht vorbracht wird, daß etwas dagegen vorgenommen, solches alles würlich abschaffen wollen „ Concordat huic recessus normalis de a. 1672. §. 1. ubi : „ wollen sie die (die Landstände) bey ihren von vorigen Grafen und Herzogen zu Gūlich, Cleve und Berg &c. rechtmäßig erlangten privilegiien, Freyheiten, Brieben, Siegeln, Rechten, alten Herkommen, und guten Gewohnheiten . . gnädigst manutiniren, und dagegen in keinem Wege beschweren lassen „.

(f) Desuper cit. recessus normalis. §. 18. ita se exprimit: „ wie auch ihrer unsrer Gūlich- und Bergischer Landständen von Ritterschaft und Städten bey vorigen Grafen und Herzogen zu Gūlich, Cleve und Berg &c. rechtmäßig erlangte privilegia, wie obgedacht, aufs neu gnädigst confirmiren, von dato an, unsrer beyden Fürstenthümber Gūlich und Berg und angehördigen Landen ein perpetuillesches fundamental Gesetz seyn, und verbleiben, und alle künftige Landtags Handlungen zu unsrer, des Vaterlands und der posterität Wolsfahrt, barnach regulirt, und mit unveränderlicher Observanz, darauf reciproce reflectirt werden solle.

## §. X.

*Jus de non evocando jurisdictioni feudali intuitu feudorum nostrorum provincialium extra curtem sitorum non obstat.*

**H**ucusque sermo erat de feudis intra curtem sitis. — Intuitu feudorum extra curtem jurisdictionem feudalem domini quoque non modo ipsis imperii legibus probari, verum etiam ab ipso territorii domino vel

expresse agnitam esse, vel tot annorum, vel saepe saeculorum decursum non potuisse non agnosciri, GEORG. LUDOVICUS BOEHMER (a) sat solido deduxit. Hinc tangimus solummodo quæstionem: num jus de non evocando jurisdictioni domini intuitu feudorum extra curtem obster, num vero in casu, quo v. g. feudum a Duce Jul. & mont. recognitum jacet in electoratu coloniensi, jurisdictionis feudalismi Serenissimi nostri, quæ domini directi, fundata sit, inattento etiam jure de non evocando electoribus imperii, perconsequens & electori coloniensi in aurea bulla cap. XI. concessio? Ultimum nobis videtur evidens: etenim 1.) ipsa aurea bulla (b) hoc ipsum modo diu hisce definivit: *Hanc autem legem (jus de non evocando complectentem) propter quædam dubia, quæ ex ea suborta fuerunt, de illis duntaxat feudalibus vasallis & subditis debere declaramus intelligenti, qui feuda, bona, & possessiones a principibus electoribus ecclesiasticis & saecularibus dependentes, quæ de temporali ipsorum jurisdictione consistunt, obtinere noscuntur, & actualiter & realiter resident in eisdem. Si vero tales electorum principum vasalli & homines ab aliis etiam Archiepiscopis, Episcopis, sive principibus feuda possident, & larem fovent in illis, extunc si iidem archiepiscopi, episcopi vel principes ab imperio bannum babent, & privilegium duella eorum se agi permittere, apud illos agat de talibus.* Præterea 2.) Recessus imperii de a. 1512. (c) hoc quoque evincit, nam licet ibidem evocatio sub-

(a) *Observat. feud. obs. 12, §. 9. — 15.*

(b) *cit. cap. XI. §. 6. apud JOAN JACOB SCHMAUS in corp. jur. publ. acad. pag. 40.* ubi lit. d. notat, quod “integer iste §. 6. prætermisso in cod. franco. “ in edit. Goldast. & reliquis fere omnibus, etiam in versionibus germ. an-“ tiquis, à Thulemario editis; reperiatur vero in codice Wencesl. itemque “ teste Thulemario in cod. MSC. biblioth. dresdens. in Mscto Grundhe-“ miano; in versione germ. vinariensi, atque habetur etiam in versione ger-“ manica antiqua, corpori recessuum inserta „. Hic itaque Sphus, si etiam non foret genuina aureæ bullæ sanctio, nihilominus exercitium juris de non evocando ex usu & observantia saeculi XV. & XVI. declarat.

(c) *Part. I..tit. 4. §. 14.* ubi sancitum: “Wo aber hiewider jemand den andern mit ausländischem Gericht fürnehmen, oder belästigen, Ladung und Prozess aus- bringen würde, so sollen diese Prozess und Handlung, und was darauf gefolget wäre, nichtig und unblüdig seyn, und den Widertheil nichts pflichten oder hin- den . . . doch soll hiedurch niemand an seinen hergebrachten Rechten, Gebrauch, Herkommen, und Gewohnheiten einiger Nachtheil, Abbruch, oder Schad entstehen, oder gesäßt seyn .”

= = = = =

subditorum ad judicia extra territorium inhibeatur, nihilominus expresse quoque est cautum, ne idcirco ullus in suis juribus, usibus, observantia & consuetudinibus minimum patiatur præjudicium, detrimentum, aut dampnum: si autem jus de non evocando obstareret jurisdictioni domini directi, hic sane in juribus suis, usibus, observantia & consuetudine, scilicet in exercitio jurisdictionis feudalis, legibus imperii non minus, ac vel expresso vel tacito extranei domini territorialis consensu approbatæ, notabile ac manifestum pateretur præjudicium, detrimentum & dampnum. Hinc etiam 3.) est, quod capitulatio cæsarea art. XVIII. de « privilegiis de non evocando so wöhl in civil als criminal Sachen » loquens de causis feudalibus nullam prorsus faciat mentionem. Inde quoque 4.) Imperator in capitulatione cæsareâ (d) imperii electoribus, principibus & statibus jurato promittit, se dominos directos intuitu eorundem feudorum, NB. ubicunque, perconsequens sive intra sive extra curtem jaceant, in jurisdictionis feudalis exercitio illæsos servare & manutenere. Adhæc 5.) noto notius est, jus austregale imperii immediatis competens se non extendere ad jurisdictionem feudalem, huicque minime derogare, cuius rationem veré fundatam Rosendahlius (e) adducit hanc « quod dispositiones judicum singularium (austregalium) primæ instantiae « sint generales, haec (feudalis) autem jurisdictione specialis, ac speciali ni- « tens ratione: juris autem est, quod dispositio generalis non intelligatur « corrigere aut tollere specialem, imprimis specialem rationem haben- « tem ». Ergo etiam jus de non evocando, cum involvat dispositionem generalem, tollere nequit jurisdictionem feudalem specialem, ac speciali ra- tione nitentem. Firmiter hinc persistimus in eo, quod intuitu feudorum nostrorum provincialium in electoratu colonensi sitorum jurisdictione feu- dialis Serenissimi nostri, utpote domini directi, fundata sit, inattento etiam jure de non evocando Electori colonensi in aureâ bulla concessa.

### §. XI.

(d) Art. 21. §. I. " Wir gereden und versprechen Churfürsten, Fürsten, und Stän- den des Reichs (die freye Reichs-Ritterschaft mit begriffen) wegen ihrer angehöri- gen Lehen, sie seyen gelegen, wo sie wollen, bei ihren lehnherlichen Besitznüs- sen auch Gerichtbarkeit in den dahin nach den Lehn-Rechten gehörigen Fällen aller- dings ohnbeeinträchtigt zu lassen ... "

(e) In tract. de feud. cap. 12. conclus. I. n. 18.



## §. XI.

*Vice versa privilegium de non evocando ducibus Jul. & Mont. competens non obest jurisdictioni feudali domini extranei.*

**N**e iniqui adulatores videamur, sincere fatemur, quod vice versa *privilegium de non evocando* WILHELMO Duci Jul. & Mont. à RUDOLPHO imp. a. 1580. concessum quoque non noceat jurisdictioni feudali electoris coloniensis intuitu feudorum provincialium coloniensium in nostris ducatibus sitorum. Ad hoc tenendum movent nos non tantum rationes §. præced. expositæ, hic quoque applicabiles, sed & adhuc sequentes: scilicet 6.) præter jus de non evocando in vim recessus imperii de a. 1512. omnibus imperii statibus, ergo & Ducibus Jul. & Mont. competens FERDINANDUS I. Imp. WILHEM MO Duci Jul. & Mont. 20. Jul. 1559. impertitus quoque est privilegium, (a) ne à judicibus primæ instantiæ, in ducatis Jul. & Mont. existentibus, omitta appellatione, ad ipsum ducem tanquam dominum territorialem dirigendâ, extra territorium provocetur. Et nihilominus in hoc ipso privilegio expresse exceptus est casus, quo jus appellandi ad cameram feudalem extra territorium existentem antiquâ observantia est firmatum (b). Ergo & propter paritatem rationis *privilegium de non evocando* nostris ducibus competens impedire nequit exercitium jurisdictionis feudalis electori colonensi in] vim antiquæ observantiae intuitu feudorum coloniensium intra nostrum territorium sitorum acquisitæ. Porro 7.) non obstante privilegio de non evocando in ordinatione nostra provinciali (c) provisum est, quod si quis subditorum promiserit, se velle in alio certo loco, ac coram judice ordinario, sese sistere judicio, jure ibidem conveniatur. Quicunque feudum intra nostrum teritorium situm ab electore colonensi recognoscens huic se obligat ad omnia feudi naturalia, ergo & ad jurisdictionem feudalem colo-

(a) Apud Ludovici Einleitung zum Lehenß-Prozess. 24. Cap. §. 5.

(b) Verba hujus privilegii vid. infra §. XIV. in fine.

(c) Cap. 55. §. zunn fünften. ibi: Wo einer sich verpflichten oder versprechen würde an einem nahmhaften Ort, oder wohin er gefordert würde, ... zu Recht zu stehen, an demselben Ort mag er folgeds von wegen seiner Zusage mit Recht beschlagen werden.

colonensem domino directo naturaliter coharentem, agnoscendum, per consequens & ad se in judicio feudali colonensi sistendum. Denique §.) si tenor praefati privilegii de a. 1580. inspiciatur, appareret RUDOLPHUM Imp. illud voluisse restringere ad judicium Rothweilense, Westphalicum, Weingartense, seu quod in specie vocatur judicium provinciale saxonicum, onolsblacense in franconia &c. (utpote quæ judicia concorrentem per imperium exercebant jurisdictionem, & de quibus abrogatis modo in Pace osnabrug. art. V. §. 57. & in capitulatione cæsar. art. XVIII. actum est): minime autem cogitasse de derogando jurisdictioni feudali intuitu feudorum extra curtem extraneis communis territorialibus competenti, siquidem in ipso privilegio expressis cautum habetur verbis, quod quilibet subditus coram suo *immediato & competente* judice stare debeat (d). Atqui in causis feuda extra curtem concernentibus curia domini directi etiam extranei est judicium *immediatum & competens*, ergo & subditi coram hoc stare debent. Consequenter jurisdictionis feudalis colonensis intuitu feudorum colonensium in nostro territorio sitorum non potest non fundata manere, inattento etiam privilegio de non evocando ducibus Jul. & Mont. competente.

## D

## §. XII.

---

(d) RUDOLPHUS Imp. enim ita se exprimit: " daß nun hinsüro weder jetzt gemelter Herzog zu Gülich S. L. Erben und Nachkommen oder derselben Fürstenthümern und Landen zugehörige Landsassen, Lehnenleuth, derselben Diener, Unterthanen . . umb keinerley Sachen . . weder vor unser und des heiligen Reichs Hofgericht zu Rothweil, westphäisch, oder ander derleichen fremde und unordentliche Gericht, wie die genant, und wo die gelegen seyn, und gehalten werden . . nicht fürgehischen, geladen, daselbst beklagt werden solle in keinerlei Weise, sondern wer zu ihuen gemeinlich oder zu einem Insonderheit oder ihren Haab und Gütern einig Spruch, Alag und Ansforderung hätte oder gewünsche, wer der, oder warumb das wäre, der oder dieselben sollen das Recht . . gegen ihren Unterthanen . . vor dessen Gerüchten und Stab, dieselben ohne Mittel ordentlicher Weiß gehördig, und sonst nirgends anderswo suchen und fürnehmen . .

## §. XII.

*Prout dominium directum feudi intra curtem est vel allodiale, vel feudale, vel dominus territorialis, vel dominus feudi superior est judex appellationis.*

**D**e exercitio jurisdictionis feudalnis in prima instantia transgredimur ad illud in appellationis instantia. Sicuti alias secundum jus commune gravatus à judice inferiore potest provocare ad superiorem: ita & hoc non potest non esse licitum vasallo per curiam parium, tanquam judicem inferiorem, gravato. Judex hic feudalnis superior alius & alius est, prout dominum directum domini, à cuius curia provocatur, est vel *feudale*, vel *allodiale*. Si illud sit *allodiale*, ideoque dominus non recognoscet dominum feudalem superiorem, provocatio fit ad judicia provincialia (a) immediate superiora, siquidem sicut ipsum dominum directum allodiale in persona domini est verum allodium, ideoque non minus, quam etiam aliud quodvis allodium judiciis provincialibus est subiectum: ita hoc quoque idem juris esse debet intuitu jurisdictionis feudalnis dominio directo allodiali *accessorie coharentis*, eoquod accessorum naturam principalis sequi, noto notius est. Sin dominum directum sit *feudale*, ideoque dominus recognoscet dominum feudalem superiorem, provocationem ad hunc dirigi mores germanorum statuunt (b). Si sermo sit de feudis

in-

---

(a) *Et si feudum sit ex PROPRIETATE domini datum, (vasallus) potest provocare ad regem, si hic in germania persistit. Sin extra fines germaniae moratur, appellatio dirigatur ad judicem provinciali, atque tenetur dominus de jure ibi comparere.* J. feud. alem. cap. 84. §. 3. & 4. "Würd auch ein Urteil gescholten um Lehen, daß das eins Herrn eigen wär, so frag war für du das Urteil ziehen soltest, so vint man vor das Reiche,, Richsich Leen-Recht. cap. 27. verum cum secundum modernum imperii nostri romano germanici Systema judicia suprema imperatoris vel imperii cum judiciis provincialibus concurrentem non habeant jurisdictionem, sed hæc prius adiri debeant, antequam ad illa provocari potest, sequitur, quod 1. die à curia domini dominum superiorem feudalem non recognoscens ad judicia provincialia prius debeat, & ab his demum ad imperii tribunalia possit provocari.

(b) *Si dominus feudum, de quo cognoscunt illi pares, ab alio domino jure fendi recognoscit, & reprobat sententiam aliquis ex vasallis suismet tertius, recte causam de-*

*extra curtem*, hæc provocandi via nullum patitur dubium: ast ad quem provocetur intuitu feudorum *extra curtem*, est quæstio communi feudistarum consensu nondum decisa. Quomodo nos eam resolvamus, exponit sequens §phus.

devolvit ad dominum superiorem. *J. feud. alem. cit. cap. 84. §. 2. Et cap. 133. §. 3. J. feud. alem. bavar. cap. 89. Vet. Auth. de benef. cap. 2. §. 61. J. feud. Saxon. art. 73. J. feud. Saxon. lat. cap. 34. §. 14. Richtstich Leen-Recht cit. cap. 27. I. F. 22. §. fin. V. F. 1.* Textus hi omnes de domino feudal superiore, tanquam appellationis judice, loquentes de paribus curiæ nullam penitus faciunt mentionem, licet alias jus feudale germanicum de domino superiore, tanquam primæ instantiæ judice domini inferioris, loquens illorum recordetur. *J. feud. alem. bavar. cap. 57.* ibi: "Nimpt ain Herr sinem Mann Gut oder will ez im nit lichen oder wibert im sin Lehen recht ze tun obx enpfürt im sin Mannschast daz sol er elagen dem obern Herren vor sinen Mannen,. Item Richtstich cap. 15. 27. Et 29. J. feud. Saxon. lat. cap. 24. §. 23. Inde igitur concludimus, quod dominus superior in causis appellationum etiam absque curiæ paribus cognoscere possit,

### §. XIII.

*Prout dominum directum feudi extra curtem dependet vel ab imperatoris concessione, vel non, hocque casu est vel allodiale, vel feudale, dominus territorialis vel plane non est judex appellationis, vel est talis in secunda, vel saltim ulteriori instantia.*

**D**ominium directum feudi *extra curtem* vel dependet ex concessione Imperatoris olim, dum superioritas territorialis nondum adeo erat stabilita & firmata, facta, vel non. Si *primum*, Jurisdictio feudalis cum ipso dominio directo vel expresse, vel tacite concessa tempore concessio- nis non erat dependens à superioritate territoriali, adeoque & tanquam huic subordinata à domino directo non est acquisita. Per consequens cum talis subordinatio unicum sit fundamentum appellationum intuitu feudorum extra curtem recipiendarum, etiam hoc casu domino territoriali competere nequit jus recipiendi appellationes, sed appellatio viâ ordinaria devolvitur ad Imperatorem tanquam judicem superiorem. Sin *ultimum*, hoc est, si dominium directum non dependeat ab Imperatoris



concessione, illud est vel *allodiale* vel *feudale*: si sit *allodiale*, tunc ad dominum territorialem, intra cuius territoriorum feudum situm est, provocandum esse, expedita res est, eo quod sicur ante infeudationem dominium plenum allodiale illi subjectum erat, ita & post eam dominium directum allodiale illi subjectum, & cum eo jurisdictionem feudalem ei coherentem illi subordinatam mansisse, nota juris publici principia evincent: si sit *feudale*, hoc constitutum esse debet vel ex *datione* feudi extra curtem, vel ex *oblatione* dominii directi in subfeudum, & in utroque casu sustinemus, quod *seclusa contraria observantia* à domino feudali inferiore appellandum sit ad dominum superiorem, & ab hoc demum ad dominum territorialem, eo quod secundum mores germanorum appellatio à domino inferiore ad superiorem pro *naturali* feudorum habenda est (§. præced. lit. b.), per consequens omni dominio directo superiori tam diu inesse præsumitur, donec contrarium probetur. Præsertim cum hac ratione superioritati territoriali ne minimum fiat præjudicium, siquidem illa, illique debita subordinatio per hoc salvetur, quod à domino superiore ad dominum territorialem appelleatur.

#### §. XIV.

*De appellationis iudice ratione feudorum nostrorum provincialium  
æque, ac feudorum extraneorum, que a curia feudali domini ex-  
tranei intra nostrum territorium sita recognoscuntur.*

**P**raxis germaniae teste ROSENDAHLIO (a) equidem est quotidiana “ si va-  
“ fallus aut dominus habeat locum tenentem, aut vicarium in causis  
“ feudalibus ad cognitionem suam pertinentibus, quod ab illo eodem  
“ modo non ad dominum aut parium curiam, sed ad superiorem provo-  
“ cetur. Nec enim si judex feudalis alicujus ducis aut comitis in suo  
“ ducatu aut comitatu constitutus (der Mann- oder Lehn-Richter) cum pa-  
“ ribus aut solus judicaverit, ad ducem vel comitem provocandum,  
“ sed si dominus feudi superior nemo sit, quam Imperator, eo mox  
“ vel

(a) *Cit. loc. cap. 12. concl. 20. n. 8.* qui & consentientes habet BLUM de processu  
camer. tit. 45. n. 26. GAIL. lib. I. obs. 1. n. 56. & MYSINGER cent. 5. obs.  
90. n. 4. ubi hic simul de praxi Cameræ imperii testatur referendo judicatum  
in causa Harfeld contra Läger.

“ vel ad cameram ejus appellatur ”. Praxis hæc nihilominus intuitu curiarum feudalium juliacenlium inferiorum non est adoptata , siquidem ab his in vim ordinatio nis nostræ feudal is (b) , & sœpe allegatorum transactionis de a. 1649. §. In massen , ac recessus normalis de a. 1672. §. 13. (c) ad ipsum ducem tanquam dominum territorialem & directum ejusque cameram appellatur , quod quoque confirmat edictum iustitiae eleuteriorum (d) hac tantum adjecta mutatione , quod tales appellatio nes , licet ante hoc edictum ad consilium intimum directæ fuerint , nunc ad consilium aulicum dirigantur . In hac camera cancellariæ tanquam appellationis instantia judicium vel præsentia parium non requiritur , tum 1.) quia ordinatio nostra feudal is , ubi de ea loquitur , de paribus curiæ plane nullam , sed tantum de serenissimo duce , ejusque consiliariis (e) mentionem facit , tum 2.) quia transactio de a. 1649. æque ac recessus normalis de a. 1672. loc. cit. expresse definiunt , quod parti à curiis feudalibus inferioribus laesa liceat sumere recursum per viam appellationis vel querelæ ad ipsum ducem tanquam dominum territorialem , & directum : dominus territorialis qua talis judicans autem paribus curiæ minime indiget . Inde nunc facile decidenda est quæstio , num intuitu feudorum extra curtem à camera feudali inferiore recognitorum ad superiore cancellariæ cameram , num vero ad dominum territorialem feudi .

(b) Cap. 4. §. Wann nun durch den Stadthalter und Man von Lehen Endurtheil er gangen , und einige Parthey davon , wie sich gehuft , appelliren würde , so sol solches nicht anders dann in unsre Cammer geschehen , noch zugelassen werden . Item cap. 29. pr.

(c) vbl: “ Gestalten wir imgleicher die Man- und Lehn-Cammere , wie von Altes ges wessen , noch fürtershin , so dann die Lehen , welche dahin gehörig , daselbstens eins pfangen , und deren streitige Lehenfälle (jedoch daß . . parti laesa seiner recursum per viam appellationis & querelæ an uns als den Landsfürsten und Lehnsherrn zu nehmen unverwehrt seyn solle) alda auszuführen ic .”

(d) Loc. cit. ibi: welche aber aus beyden Partheyen sich durch den Spruch der Mannhäuser beschwöhret vermeinet , dieser siehet ohnbenommen , dagegen an dem Hofrath zu appelliren .”

(e) Cap. 33. §. 2. ibi: “ sollen die appellanten innerhalb dreyer Monathen nach dem ausgesprochenen Urtheil ihre Appellation bey uns als dem Lehnsherrn anhängig machen ” Item ex post: “ soll er daselbig uns oder unsern Räthen inwendig der obgesetzten dreyen Monathen anzeigen ”

feudi siti appellandum sit? Enimvero cum jus à cameris feudalibus inferioribus ad superiorem cancellariæ cameram appellandi in jure feudali communi sive longobardico, sive germanico minime fundetur, sed solummodo ordinatione nostra feudali, utpote lege prorsus particulari cum consensu vasallorum introductum sit, Dux Juliæ autem tam parum, ac ejus vasalli jus appellationis immediate recipiendi domino territoriali feudi extra curtem siti competens ullo modo restringere non valerent, de puncto juris nullum subesse videtur dubium, quin à curiis nostris feudalibus inferioribus intuitu feudorum extra curtem non ad superiorem cancellariæ cameram, sed ad dominum territoriali feudi siti appellari debeat. — Cæteroquin intuitu feudorum cancellariæ sive intra, sive extra curtem nil speciale à jure communi devians quoad appellandi viam in saepè dicto recessu hambacensi reperimus dispositum, siquidem in eo tantum cautum est, quod à paribus curiæ ad supremæ imperii tribunalia provocetur (*f*), utpote quod principiis juris feudalis convenienter interpretari, ideoque restringi debet ad feuda intra curtem, relicta quoad feuda extra curtem appellatione ad dominum territoriale extraneum. — Num vero illimitatum de non appellando privilegium moderno nostro Serenissimo I. Jul. 1764. ab Imperatore concessum anti-quam appellationis viam in causis etiam feudalibus abrogaverit, est quæstio, quam affirmative decidere praxis nobis injungit. — Quoad feuda extranea, eorumque curias feudales in nostro territorio existentes notari meretur privilegium Wilhelmo Duci Jul. & Mont. à Ferdinand I. Imp. 20. Jul. 1559. impertitum hujus tenoris: "dass sich hinführte kein Geistlicher oder Weltlicher in und außerhalb seiner Liebden Fürstenthumb und Landen die appellationes omiso medio, wider unser und des Reichs Ordnung an sich ziehen soll, noch möge, außerhalb deren, so in ihren Mannkammern die appellation von Alters her gehabt haben möchten, dieselben sollen dabey gelassen werden, doch dergestalt, wann jemandts von denen Urtheilen, so daselbst in der Mannkammer ergangen, sich beschweren, und der Güther halber, die in seiner Liebden Fürstenthumb und Landen gelegen, ferner appelliren wollte, dass solche appellation an seine Liebden, als den Landesherren gezogen werden solle, . (*g*)

(*f*) Verba hujus recessus seu potius edicti, per quod recessus ille est publicatus, sunt hæc: "welcher dan all solcher Urtheil sich beschwert funde, demselben an das Kais. Cammergericht zu appelliren, und solche Appellation allda zu verfolgen frey stehen solle, .

(*g*) apud Ludovici cit, loc.

## §. XV.

### *De Executione sententiæ in judicio feudali.*

**S**i is, contra quem sententia in curia feudalata est, huic aequiescat, vel hanc in rem judicatam transiere patiatur, & tamen judicato non satisfaciat, contra illum decernenda est executio per immisionem in feudum. Secundum jus feudale longobardicum curiae parium non competit facultas victum deponendendi, sed si is sententiæ non sponte satisfaciat, victor aliam majorem potestatem adire debet, immisionis consequenda causa. Quodsi vero ab hac non immittatur, propria authoritate audet deprendare & deponendere victum (a). De jure feudali germanico autem triumphans mox potest *authoritate propria feudi possessionem occupare, nec contra jus eo ipso agit* (b). Verum cum hodie nemini amplius liceat propria authoritate jus sibi dicere, oportet distinguiri inter feuda *intra* & *extra* curtem certa. Quam certum est, quod nullus in alterius territorio in thesi possit jurisdictionem exercere: tam indubitatum quoque est, quod dominus ejusque curia sententiam super feudo extra curtem latam exequi non possit, sed pro illius executione dominum territorialem feudi siti requirere debeat. Sin feudum sit intra curtem, dominus, aliunde quoque praeditus jurisdictione, ipsem sententiam exequitur. — Quoad nostra feuda provincialia curiarum feudalium inferiorum ordinatio nostra feudalis (c) intuitu feudorum cancellariae vero consiliaris vel prime vel ulterioris instantiæ committi solet, nisi feudum sive curiae feudalis inferioris sive etiam cancellariae, in quo executio facienda, sit dynastia in comitiis dominorum subalternorum (Unterherrntag) votum & sessionem habens, tunc enim antiquæ observantiae neque locum tenentibus, sive satrapis, neque etiam consiliariis, sed vicinio domino subalterno demandatur executio.

(a) Curia autem debet adire dominum, eumque salva reverentia competenter cogere, ut vel possessionem restituat, & aequiescat, vel judicio curiae se committat. Quod si ter admonitus facere distulerit; tunc liceat vasallo ad aliam majorem potestatem ire, & sibi consulere: & si dominus ei iustitiam facere noluerit, poterit eum deprendare. II. F. 22. in fin.

(b) J. feud. alem. cap. 78. §. 2. cap. II. §. 5. cap. 79. §. 2. cap. 86. §. 2. cap. 118. §. 28. J. feud. alem. bavar. cap. 84. Vet. Auth. de benef. cap. 2. §. 29.

J. feud. Saxon. art. 69. J. feud. Saxon. lat. cap. 32. §. 20.

(c) Cap. 28. ibi: "Wann dann solche Einräumung nicht geschehe, sollen unser Statthalter und Amtleuth eines jeden Orts von unsert der fürstlichen hohen Obrigkeit wegen die Vollstreckung thuen, und der gewinnender Partheyen gerührt Lehengut würllich eingeben, und besitzlich zusammen lassen".

# POSITIONES

## EX JURE FEUDALI

- 1.) Constitutiones Imperatorum in jure feud. longobardico relatæ, & in germania obligantes obligant non tantum ex recepto, sed & vi legislationis.
- 2.) Collectiones juris feud. germanici non habent legalem in germania autoritatem.
- 3.) Statutum allodiale, in quantum nihil continet naturæ feudorum contrarium, ad feuda applicandum est.
- 4.) Feudum pecuniarum non est feudum verum.
- 5.) Objectum feudi pignorati non est jus pignoris, sed ipsa res oppignorata.
- 6.) Emphyteuta dominium utile emphyteuticarum sine consensu domini emphyteus nequit offerre, bene tamen dare in feudum.
- 7.) Contra STRUVIUM in Sintagm. jur. feud. cap. IX. §. 8. n. 15. sustinemus, quod ad feudum pro filiis & filiabus, Söhnen und Töchtern, concessum etiam descendentes ex filiabus in dubio censeantur vocati.
- 8.) Feuda oblata æque, ac ecclesiastica de jure communi censemur masculina.
- 9.) Licet equites ordinis teutonicici, & S. Joannis hierosolymitani in sensu juris ecclesiastici sint clerici, tamen illos secundum jus feud. commune feudorum capaces esse defendimus.
- 10.) Etsi juxta obseruantiam curiarum feudalium ducatum jul. & mont. clerici sint feudorum capaces, eos tamen, si sint de ordine equestri, in successione descendentali cum fratribus laicis æqualiter non concurrere testatur laudum in puncto successionis paternæ inter fratres De Merode controversæ à consiliariis, ordine equestri & urbibus capitalibus juliacensi & marcoburana [24. Octob. 1457.] latum, cuius integer tenor impressus extat in tractatus intitulati: Gründliche Ausführung von der Ausschließung der geistlichen, und dem Vorzug der weltlichen Brüder in der Folge in deutsche weltliche zu mal lebhabare Fürstenthümer Graf- und Herrschaften v. Mannheim 1770. adjuncto sub n. 2.
- 11.) Secundum jus commune protestantium secus, ac secundum jus particulare juliacense & montense, conceptus & natus ex sponsa, ob præmaturam hujus vel sponsi mortem per subsequens matrimonium solenne non legitimabilis, sicuti legitimus in feudo succedit.
- 12.) Prælatus ecclesiæ feudum masculinum apertum reinfeudare nequit ut sceminiūm.
- 13.) Non obstante 1. F. 3. consensus vasalli possessoris efficere nequit, ut investitura eventualis à prælato ecclesiæ concessa successores ejus obligent.
- 14.) Capitulum sede vacante potest propter mutationem in persona vasalli factam, quam intra annum & diem mutatio in persona prælati insequitur, investituram concedere non tantum de feudis quoad dominum directum & ad prælatum & ad capitulum communiter, sed & ad illum privative pertinentibus.
- 15.) Propter mutationem in persona prælati contingentem capitulum, sede etiam ultra annum & diem vacante, non potest investituram concedere, etiamsi dominium directum ipsi cum prælato commune sit.
- 16.) Religiosus ad sacra acatholica transiens non tantum generatim feudorum, sed & sicuti futuræ paternæ successionis allodialis, ita & feudalis redditus capax.
- 17.) Protestans ad religionem catholicam redeuns tute retinet feuda ecclesiistarum per pacem Westphal. secularizata, quin dispensatione papali indigeat.
- 18.) Vero juris particularis feudorum Juliane & Montium pater potest inæqualem inter libros suos feudorum capaces de feudo facere dispositionem, quin hi etiamsi exhereditati, ideoque patris heredes non sint, eam impugnare queant.

